

Piæ Consociationis Apostolatus Orationis in Canada, in quo descripta exhibebantur pia opera peracta a fidelibus eiusdem Consociationis perdurante anno iubilari Consecrationis episcopalis Sanctitatis Suæ. Donum delatum est ad Summum Pontificem, cui peculiariter gratum accidit; Idemque voluit ut Amplitudini Tuæ ceterisque omnibus piis oblatoribus suo nomine præcipue gratiæ referrentur, atque insuper Suam Apostolicam Benedictionem omnibus impertitur. Adclusum vero heic reperiet Amplitudo Tua Rescriptum imploratum pro Benedictione Apostolica cum Indulgentia Plenaria in mortis articulo favore eorumdem oblatorum.

Ego vero Deum precor, ut Te diu [adiuvet et sospitet.

A. T.

Addictissimus Servus

M. CARD. LEDOCHOWSKI PRAEF.

Aug. Archiep. Larissen, Secret.

Prot. 6126.

BEATISSIME PATER,

Directores Pii Operis Apostolatus Orationis et Communionis Reparatrixis in regione Canadensi ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provoluti petunt indulgentiam plenariam in mortis articulo pro se atque omnibus christifidelibus predictæ consociationis, qui per annum iubilarem consecrationis Episcopalis Sanctitatis Tuae aliquod pius opus peregerunt ex iis, quae in exhibito Albo descripta sunt.

Ex Audientia SSmi habita die 27 Maii 1894. SSmus Domiuus Noster Leo Divina Providentia P.P. XIII referente me infrascripto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, omnibus et singulis de quibus in precibus, Apostolicam Benedictionem cum Plenaria Indulgentia in articulo mortis lucranda benigne impertire dignatus est, dummodo tamen vere penitentes,